

*urbanus, editus ab Huelsen Mitth. des arch. Inst. in Rom. 1888 p. 84, Africani VIII 2478. 4676, tegula incertae originis VIII 10962 = X 8045, 12. — 2) Consul fuit suffectus a. 106 (VI 2016; X 5670). — 3) A. 117. — 4) Legatus legionis tertiae Augustae fuit a. 104 vel 105 (VIII 2478). — 5) Filius (de hoc cf. N. 1061).*

**1030** d. m. | Miniciae Marcellae | Fundani f.<sup>1</sup> v. a. XII m. XI d. VII.

*Prope Romanam rep. in colle Vaticano, ubi dicitur mons Marius (VI 16651 descr. Dressel). — 1) Huius puellae mortem deflet Plinius ep. 5, 16 anno 105 vel 106. Pater ei fuit Minicius Fundanus consul suff. a. 107, proconsul Asiae sub Hadriano (Euseb. h. eccl. 4, 9).*

**1031** Claudioe | Ti. f. | Marcellinae | Bellici Sollertis<sup>1</sup> | cos., | M. et Q. Hortensi | [P]aulinus et Firmus.

*Veronae (V 5538 vidit Mommsen). — 1) Extant tegulae inscriptae nominibus Claudioe Marcellinae et L. Bellici Sollertis (XV 954—956. 887). Sollers videtur idem esse qui memoratur a Plinio ep. 5, 4. Ex titulis Veronensibus C. V 5557. 5556 apparet eum filium fuisse Ti. Claudi Augustani et antea, scilicet ante quam adop-taretur a Bellicio quodam Sollerte, dictum fuisse Claudium Alpinum.*

**1032** . . . . . | divi Traiani Aug. prov. | Britanniae, curat. aquar. | urbis, pr., trib. mil. leg. XII Fulminat., salio Palat., quaest. Aug., curat. actorum senatus<sup>2</sup>, adlecto inter patric. | ab divo Vespasiano, IIIvir. | a. a. a. f. f., | ex testamento Vettillae eius.

*Saepini in Samnio (IX 2456 vidit Dressel). — 1) Principium inscriptionis abrasum non ob memoriam viri damnatam, sed cum lapis nescio quo tempore in alios usus verteretur (Mo.). Inscriptionem Borghesi ann. inst. arch. 1852 p. 20 = opp. 5 p. 559 probabiliter tribuit L. Neratio Marcello, quem legatum sub Traiano (a. 105) Britanniae fuisse constat (dipl. mil., C. III p. 864) et cuius fratri Prisco item Saepini positi sunt tituli N. 1053. 1054; consul iterum ordinarius fuit a. 129. Ab eodem videtur Saepini dedicatus esse a. 150 Hadriano titulus, cuius fragmentum est Eph. ep. 8, 108. — 2) Cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 901.*

**1033** L. Neratio L. f. | Vol. Prisco<sup>1</sup> | praef. aer. Sat., cos., | leg. pr. pr. in prov. | Pannonia, | scribae quaestori | et munere functi, | patrono.

**1034** L. Neratius L. f. [Vol. Priscus<sup>1</sup>]

praef. aer. Sat., cos., [leg. pr. pr. prov.]

Pannonia.

L. Neratius L. f. Vol. Pr[iscus? f., cos.]

VIIvir. epul., leg. Aug. pr. pr. P[annonia]

inferiore et Pannonia [superiore.]

*Saepini in Samnio (IX 2454. 2455 vidit Mommsen). — 1) Est Neratius Priscus auctor iuris (cf. Teuffel hist. litt. § 542, 1) et consiliarius Traiani (Dig. 57, 12, 5) et Hadriani (vita c. 4). Legatus Pannoniae fuit ante provinciam divisam, id est ante annum 107, fortasse a. 98 (cf. Borghesi ann. inst. 1852 p. 9 = opp. 5, 549).*

**1035** Q. Roscio Sex. f. | Quir. Coelio Murenae | Silio Deciano Vibullo<sup>1</sup> | Pio Julio Eurycli Herclano | Pompeio Falconi cos., | XVvir. s. f., procos. provinc. Asiae, leg. pr. pr. | imp. Caes. Traiani Hadriani Aug.